# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Trinitas a
### cum uariis

Vbi queritur unitas trinitatis, Patris scilicet et Filii et Spiritus Sancti, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid queritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Non pigebit me sicubi hesito querere, nec pudebit sicubi erro discere. Quisquis ergo hoc audit uel legit ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter hesitat, querat mecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, reuocet me. Ita ingrediamur simul caritatis uiam tendentes ad eum de quo scriptum est: Querite faciem eius semper.

Augustinus libro I. de trinitate.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

scilicet *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; cognoscit] cognoscat B; meum] mecum $V^2$ $L^1$ $L^2$